

De Prædicatione.

CAP. II.

De

PRÆDICATIONE.

DOctrina de Prædicatione sicut aliàs ad enunciationes spectat: ita ineptè huc videtur referri: quia tamen captui discentium inservire est propositum, & sine doctrinâ de Prædicatione intelligi satis non possunt prædicabilia, pauca quædam de prædicatione hîc præmittentur, ut facilior evadat doctrina prædicabilium.

2. Prædicatio autem est unius de altero affirmatio, ut: *Justitia est virtus*, hîc habeo unius, nempe *virtutis*, de altero, nempe de *justitiâ* affirmationem, quæ dicitur prædicatio. Sic prædicationes sunt: *Deus est justus - homo est peccator.*

3. Prædicatio est vel propria vel impropria.

4. Prædicatio propria est, cujus nulla vox à natura significatione recedit, ut: *corvus est avis. cygnus est albus.* Sic cum Salvator in institutione Cœnæ ait: *Hoc est corpus meum, Hoc est sanguis meus*, sunt propriae prædicationes, cum nulla vox in illis ostendi possit, quæ sumatur improprie.

5. Prædicatio impropria est, cujus ali-

Natura significatio vocis est nil aliud quam quædam vox ita accipitur, prout ab hominibus primo instituta est, hoc autem significandum.

*his est
it ca
est
tero
star
ad
ra
ocra.
rve
do.
non
mens
quis
cant
dam
ven
a xp
hah
intell
u m
aria
non
qui
Dei*